UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. V. An & qua ratione appellari possit, vel non, contra alactionem & confirmationem Prælati?

urn:nbn:de:hbz:466:1-61641

Visual Library

autem variis modis dici notorium aliquid. Primò per facti evidentiam, quod nullâ tergiverſatione celari poteſt. *c. Cùm olim. 24. de V. S.* Secundò per Confeſſionem Rei in judicio. *c. Romana* 3. §. *Si autem. h. t. in 6.* Tertiò per ſententiam condemnatoriam, ſi ab illa appellatum non ſit. *c. fin. de cohabit. Cleric. & Gloſſâ hic V. confeſſione.* Quartò per teſtes idoneos, ſi nihil illis oppoſitum ſit, ſi quidem ex probationibus in judicio factis exurgit notorium, poſtquam in cauſa concluſum & probationibus renuntiatum fuit, *juxta Gloſſam. in c. ſignificaverunt. 35. V. liquere de teſtibus.*

§. V.

An & qua ratione appellari poſſit, vel non, contra electionem & confirmationem Prælati?

Contra Prælatum electum, & à legitimo ſuperiore jam confirmatum non admittitur appellatio aut exceptio ad executionem illius & poſſeſſionis immiſſionem impediendam, niſi rationabilis cauſa allegetur. Licet accuſatio contra eum & denuntiatio admittatur, *c. Conſtitutus 46. h. t.* niſi excipiatur contra Electores aut Confirmatorem, quòd eligendi aut confirmandi poteſtatem non habuerint, & hoc in continenti probari poſſit, aut contra electum excipiatur, quòd crimen commiſerit, cui infamia juncta ſit, aut quòd commiſerit crimen falſi in confirmatione obtinenda &c. Sicuti enim in his caſibus admittitur exceptio, ut conſulatur bono Eccleſiæ, ita in aliis caſibus non admittitur ob præſumptionem, quam pro ſe habet poſt electionem & confirmationem, & ob præſumptionem, qu... malitiosè alii velint illum impedire.

§. VI.

De aliis nonnullis caſibus, in q... bus appellatio non admittitur.

Primò contra jus aut juris execu... nem, non admittitur appella... *conſuluit. 29. h. t.* quia jus neminem... juſtè gravat, niſi cauſa aliqua ration... allegetur, & probetur, propter q... in ſpeciali tali caſu jus commune l... non habeat.

Secundò ob hanc ipſam cauſam n... admittitur appellatio à Religioſis ... contra conſtitutiones ſuas regulares ... *Quia nos 32. h. t.* Tertiò non admittitur... appellatio à pœna per legem defini... à ſententia Iudicis ad hanc pœnam co... demnantis *juxta cit. c. Quia nos,* ... deatur talis conqueri potiùs de Leg... quitate, quàm judicantis. Qu... mera executione appellari non poſ... *Novit, 43. h. t.* niſi modum, fo... præſcriptam, & limites poſitos ... in alio enim caſu non cenſetur ... merus executor, qui nullam co... nem, ſed nudum miniſterium ... ſed Iudex potius executionem ... mandans. Quintò qui juramentum ... tulit ad cauſam decidendam, non p... à ſententia Iudicis appellare, q... poſſit ille, cui juramentum delatum ... ſi ex cauſa rationabili noluit illud ... tere, & propterea condemnatus eſt, ... deciditur in *L. generaliter. 12.* §. ... *autem. Cod. de Re. credi. junct. Gl...* *Detulit.* Cùm enim ille, qui jura...